HERODIANUS

Italien, Ende 15. Jh.

Seite 43r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

confertos, instantes Illyrii in mare proximum Illyrii.
impulere. Alios in colles confugientes insequuti
caeduntque. Item tam magnum ex ceteris hominibus
numerum obtruncant: quem ex finitimis civitatibus
agrisque congregat, ut e tuto loco spectari po-
ssent. ¶ Niger nobili equo invectus cum paucis Niger.
aufugit. Antiochiam ingreditur: ut fugientem Antiochia.
populum retineret: si quis luctum et planctum
in urbe filios fratresque deplorantium reliquisset.
Ipse quoque desperatis rebus Antiochia aufugit: et
in suburbano delituit. Mox ab insequentibus equi- Mors Nigri.
tibus inventus captusque capite obtruncatur. ¶ Talique
morte Niger usus est: ac segnitiei et cunctationis
suae poenas dedit. In ceteris ut aiunt: neque in publico:
neque in privata vita vir malus est habitus. ¶ Se-
verus sublato Nigro amicos eius: siqui non solum
sponte: sed necessitate ei adhaesissent: in omne ocu-
delibere adduxerit. ¶ Milites quoque profugerant:
quos Tigridem fluvium traiecisse: et per Severi
timorem ad barbaros secessisse audiverat, omnes
data impunitate oblivione reduxit. ¶ Magnus